

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ingratitudo h
cum fonte primo

Est enim benignissimi ut arbitror et
plenum ingenii pudoris fateri per quos
profeceris.

Obnoxii profecto animi et infelicis
ingenii deprehendi in furto malle
quam mutuuum reddere cum
praesertim fiat ex usura sors.

Plinius in prologo de naturali hystoria.

est enim benignum, ut arbitror, et
plenum ingenii pudoris fateri per quos
profeceris,
non ut plerique ex iis, quos attigi,
fecerunt. scito enim conferentem
auctores me deprehendisse a iuratissimis
ex proximis veteres transcriptos ad
verbum neque nominatos, non illa
Vergiliana virtute, ut certarent, non
Tulliana simplicitate, qui de re
publica Platonis se comitem profitetur,
in consolatione filiae Crantorem,
inquit, sequor, item Panaetium de
officiis, quae volumina ediscenda, non
modo in manibus cotidie habenda, nosti.
obnoxii profecto animi et infelicis
ingenii est deprehendi in furto malle
quam mutuuum reddere, cum
praesertim sors fiat ex usura.

C. Plinius Caecilius Secundus (Maior),
Naturalis historiae libri XXXVII., praef.,
21-23 (C. Mayhoff ed., vol.1, pp.6-7,
ll.23-25, 1-9).